

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sanctitas uel sanctus d
cum fonte primo

Quanto est quisque sanctior et desiderii
sancti plenior, tanto est eius in orando
fletus uberior.

Augustinus in libro de ciuitate Dei.

Quis uero tam sit absurdus et
obstinatissima contentione uesanus, qui
audeat adfirmare in huius mortalitatis
aerumnis, non dico populum sanctum,
sed unumquemque sanctorum, qui hanc
uel ducat uel ducturus sit uel duxerit
uitam, nullas habentem lacrimas et
dolores; cum potius
quanto est quisque sanctior et desiderii
sancti plenior, tanto sit eius in orando
fletus uberior?

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate
Dei*, 20, 17 (CCSL 48, B. Dombart ed.,
p.728, ll.23-30).